

775

JACQUES SADOLET aux Genevois.  
De Carpentras, 18 mars 1539.

Copie contemporaine authentique <sup>1</sup>. Archives de Genève.  
Communiquée par M. Théophile Dufour.

Spectabiles domini, tanquam fratres,

Recordatus illorum sanctissimorum patrum qui in primitiva Dei ecclesia floruerunt, suaque studia omnia posuerunt ut gloriam summi Dei et salutem christianorum populorum procurarent, *scripsi ad Spectabilitates Vestras epistolam*<sup>2</sup>, *testem vel religionis mee erga Deum, vel optime certè erga vos voluntatis. In qua id ago et meditor ut omnes in unum et eundem quem ecclesia catholica tenet sensum rursus conveniamus*; hacque de causa misi ad vos dilectum mihi et probatum civem meum Carpentoratensem *Johannem Durandum*, et bonitate et literis insignem, qui *libellum meum* ad vos deferret, eique mandavi ut, nisi vobis volentibus et grato animo accipientibus, illum non redderet (non enim ego vobis rem molestam facere intendo), sed si mea epistola, que vobis certè et nomini vestre civitatis aliquam laudem et celebritatem allatura est, vobis non placuerit, eam ad me referat. Si verò eam libenter acceperitis, animum quoque is erga vos meum, plenum amoris et christiane charitatis, suis verbis prosequatur. Ego vos valde rogo

<sup>1</sup> Elle est tout entière de la main du secrétaire de Genève, *Pierre Ruffi*, ainsi que l'annotation suivante écrite au dos : « Double de *laz misère* du cardinal Sadolet. » Cette pièce n'avait pas encore été publiée. Elle accompagnait, comme lettre d'envoi, l'*Épître de Sadolet* proprement dite, qui a eu plusieurs éditions et dont nous reproduisons plus bas le commencement.

<sup>2</sup> Le manuscrit original de l'*Épître*, que son auteur appelle un peu plus loin « *libellum meum*, » existe aux Archives de Genève (Portefeuilles hist. n° 1208).

ut, etiam si meum factum minùs probabit, cor meum tamen et studium quo in omnem benivolentiam vestri propensus sum, in bonam partem accipere velitis <sup>3</sup>. Valeant Spectabilitates Vestre, quas Deus derigat et conservet! Carpenteracti, xviii<sup>a</sup>. die mensis marci M.V<sup>c</sup>XXXIX.

Vester tanquam frater IA. SADOLETUS,  
CARDINALIS CARPENTORATENSIS.

(*Inscriptio* :) Spectabilibus viris, tanquam fratribus charissimis, magistratui, consilio et civibus Gebenn.[ensibus].

JACOBUS SADOLETUS, EPISCOPUS CARPENTORACTI, S. R. E. TITULI SANGTI CALIXTI PRESBYTER CARDINALIS, suis desideratis fratribus Magistratui, Concilio et Civibus Gebennensibus <sup>4</sup>.

Carissimi in Christo fratres, pax vobis et nobiscum, hoc est,

<sup>3</sup> On lit dans le Registre du Conseil de Genève, au 26 mars 1539 : « Est entrer en Petit-Conseyl... provéable *Johan Durand*, citoyens de Carpentras, lequelt az présenté *une missive*, ensemble *ung livre en latin*, priant il volloyr prendre à laz bonne part, et sur ce responce. Arresté que l'on visiteraz le dictz afferre et sur ce l'on ly feraz responce le plus brief qu'il seraz possible. » — Au 27 mars : « Az esté arresté, ayant vheuz laz missive du dictz cardinal, ensemble son lyvre, que l'on luy fasse responce amyable touchant *saz missive*, et que, touchant *la responce du livre*, que en temps et lieuz l'on luy feraz responce. » — Au 28 mars : « L'on az fait les remarcations az son ambassadeur, aulquelt az esté deslyvré laz responce. »

<sup>4</sup> *L'Épître de Sadolet* proprement dite est datée à la fin : Carpenteracti XV Calend. Aprilis, M.D.XXXIX, » c'est-à-dire du même jour que la lettre d'envoi qui précède. Le fragment que nous en donnons est tiré de l'édition des *Calvini Opera* publiée par MM. Baum, Cunitz et Reuss, t. V, col. 369-371 ; mais, grâce aux communications obligeantes de M. Théophile Dufour, nous avons pu introduire dans le texte les variantes du manuscrit original, en négligeant toutefois les différences d'orthographe.

Les savants éditeurs de Calvin ont suivi le texte publié par Sadolet lui-même, c'est-à-dire celui de l'édition princeps, intitulée : « *Iacobi Sadoleti Romani Cardinalis Epistola ad Senatam Populumque Genevensem, qua in obedientiam Romani Pontificis eos reducere conatur. Lugduni apud Seb. Gryphium, 1539, » 31 pp. petit in-4°. Après avoir décrit l'édition de Strasbourg (septembre 1539), puis celle de *Michel du Bois* (Genève, 1540), dont le titre porte « ad exemplar ipsum Sadoleti, recognita, »*

cum catholica ecclesia, matre omnium nostrum atque vestrum, amor atque concordia, a Deo patre omnipotente, et unico ejus filio Domino nostro JESU CHRISTO, sanctoque simul spiritu, quæ est unitas in tribus perfecta : cujus <sup>5</sup> laus est et in perpetuum <sup>6</sup> in omne sæculorum ævum. Amen.

Arbitror, fratres carissimi, aliquibus vestrum esse notum, me nunc degere *Carpentoracti* : quò veni ab *Nicea*<sup>7</sup>, summum illuc pontificem, ad pacificandos reges ex urbe *Roma* proficiscentem, prius prosequutus. Amo enim ecclesiam et civitatem hanc quam mihi spiritualem et sponsam et patriam Deus esse voluit : populosque hosce meos verè paterna caritate complector, disjungique me ab illis valde agrè fero. Quòd si honos <sup>8</sup> cardinalatus, qui mihi inopinanti et in scio delatus est, *Romam* me coëgerit redire (ut certè cogit<sup>9</sup>), quo in ea vocatione in qua sum vocatus ibidem Deo serviam, non is tamen meum animum atque amorem ab his populis avocabit, quos habiturus sum in mediis cordis mei penetralibus semper infixos.

Igitur *Carpentoracti* quum essem, audiremque multa quotidie de vobis, quæ partim quidem mihi dolorem, partim etiam spem nonnullam excitarent, ut non diffiderem, nos et vos, qui fuimus quondam in recta erga Deum religione unanimes, eodem Deo nos benignius <sup>10</sup> respiciente, ad eundem consensum cordium reditu-

ils font l'observation suivante : « Quod editor dicit de exemplari suo ad Sadoleti authenticum recognito, in eo egregie mentitur. Nam ne unum quidem locum reperimus in quo ab argentoratensi textu ad lugdunensem transierit; sæpius vero ipse... ab utroque discrepat » (Calv. Opp. t. V. Prolegomena, p. XLV, XLVI). On peut cependant constater que l'édition de *Michel du Bois*, dans un assez grand nombre de passages, est plus conforme au texte original manuscrit que l'édition princeps de Lyon. Cela peut s'expliquer de la manière la plus naturelle : *Sadolet*, préoccupé de sa réputation de *cicéronien*, n'a pas voulu remettre son manuscrit à l'imprimeur sans y avoir fait des retouches qui devaient rendre le style plus correct et plus élégant. Ce procédé était légitime. Celui de *Michel du Bois* ne le fut pas moins : il réimprima l'*Épître* telle que les Genevois l'avaient reçue.

<sup>5</sup> Dans l'édition de Lyon, *cui*.

<sup>6</sup> Il idem : *et imperium*.

<sup>7</sup> Voyez le N° 746, notes 1-3.

<sup>8</sup> Dans l'édition de Lyon : honos *iste* cardinalatus.

<sup>9</sup> Ibidem : *cogit*.

<sup>10</sup> Ibidem : *benignius nos*.

ros <sup>11</sup>, *visum est spiritui sancto et mihi* <sup>12</sup> (sic enim Scriptura loquitur, et certè quæcunque integro et pio erga Deum geruntur animo ex spiritu sancto omnia sunt) *visum est mihi, inquam, scribere aliquid ad vos, et eam animi curam ac sollicitudinem quam pro vobis capio, literis vobis declarare.* Non enim, carissimi, nova est hæc mea erga vos et suscepta <sup>13</sup> et benevolentia et voluntas : sed quum ab eo tempore quo ego Dei voluntate *episcopus Carpentoractensium* factus sum, annis abhinc tribus ferè et viginti, propter commercium quod vobis cum meis his populis frequens est, multa de vobis absens et de moribus vestris cognovissem, amare jam tunc <sup>14</sup> cœpi nobilitatem urbis vestræ, ordinem formamque reipublicæ, dignitatem civium, et illam inprimis vestram laudatam ac probatam apud omnes, erga externos homines et advenas humanitatem : et quoniam vicinitas quoque non exiguam sæpe partem ad diligendum affert, sicut in urbe propinquæ domus, sic in orbe firmitimæ provinciæ amoris inter vicinos conciliatrices sunt.

Non contingit <sup>15</sup> ante hoc tempus, scilicet, ut vos hujus mei erga vos animi aut fructum perciperetis, aut aliquod signum indiciumque haberetis. Non enim opera uspiam egulistis mea, quæ vobis

<sup>11</sup> Ibidem : esse redituros.

<sup>12</sup> Ces expressions ne plurent pas à la cour de Rome. Le cardinal *Pole*, qui résidait à Carpentras depuis la fin de mars, écrivait, le 12 mai 1559, au cardinal *Gaspard Contarini*, l'un des grands dignitaires du pape : « J'ai reçu hier de Votre Seigneurie les deux lettres du 21 et du 28 avril. La lettre dans laquelle V. S. donne son avis à Monseigneur *Sadolet* touchant l'*Épître aux Genevois* (del suo giudizio dell' Epistola ad Gebennenses) m'a été communiquée ce matin pour la lire et l'examiner, pendant qu'il était à la campagne. Je n'en saurais dire autre chose à présent, sinon qu'il me semble que V. S. a rempli l'office d'un ami savant, dévoué et zélé pour l'honneur de son ami » (R. Poli Épp. t. II, p. 153-155. Trad. de l'italien). De son côté, *Sadolet* écrivait à Contarini le 20 mai : « In *epistola mea ad Genevaates* ea quæ notas legi per diligentem, totamque rem cum eruditissimo *Polo* communicavi. Quod in ea scripsi, *visum esse Spiritui Sancto et mihi*, in eo nihil sum equidem elatum neque arrogans meditatus : quinetiam me deprimere volui... Atque illud dictum tamen dupliciter sum interpretatus : nam et Scripturæ Sacræ morem loquendi imitari me dixi, etc. » (*Sadoleti Epistolæ. Coloniae, 1554, p. 609*). On voit que les passages critiqués à Rome ne furent point modifiés dans l'édition princeps.

<sup>13</sup> Édition de Lyon : erga vos suscepta.

<sup>14</sup> Ibidem : tum.

<sup>15</sup> Ibidem : contingit.



profecto paratissima fuisset; verum nulla sese adhuc vobis <sup>16</sup> obtulit occasio. At nunc quidem certe non contingit solum mihi, verum etiam necesse est, ut quo animo in vos <sup>17</sup> sim affectus vobis demonstrare adnitar, si fidem meam erga summum Deum, et christianam illam in proximum caritatem retinere mihi cupio. Etenim postquam fuit ad aures meas delatum, *homines quosdam astutos, inimicos christianæ unitatis et pacis*, id quod in aliis antea nonnullis fortissimæ gentis Helvetiorum oppidis et pagis jam fecissent, item *in vobis et civitate vestra male discordiæ semina jecisse, Christianique fidelem populum à via patrum majorumque suorum et à perpetua catholice ecclesiæ avertisse sententia, omniaque dissidiis et seditiõibus implesse*, — qui tamen mos proprius eorum semper est qui auctoritate Ecclesiæ oppugnandæ <sup>18</sup> *novas sibi potentias et novos honores sibi quærunt*<sup>19</sup>, — testor Deum omnipotentem, eum ipsum qui nunc intimis meis cogitationibus præsens adest, me et indoluisse graviter, et duplici quadam misericordia affectum fuisse : quum ex una parte viderer mihi audire gemitum plorantis nostræ matris <sup>20</sup> Ecclesiæ et lamentantis, quæ tot et tam dilectis filiis uno tempore esset orbata : ex altera, vestris, o carissimi, incommodis et periculis commoverer. Sciebam enim ego, *tales viros novatores veterum et bene institutarum* <sup>21</sup> *rerum, tales turbas, talia dissidia, non solum animabus hominum pestifera* (quod tamen malum omnium maximum malorum est), *sed rebus etiam et privatis et publicis perniciosam existere. Id quod vos quoque ipso rerum eventu* <sup>22</sup> *edocti cognoscere potuistis.*

Quid ergo est ? quum meus erga vos amor, et mea in Deum pietas me cogat, ut tanquam frater fratribus, et amicus amicis, intimum omnem animi mei sensum vobis liberè exponam, vos plurimum rogatos volo, ut bonitatem illam vestram, qua semper uti consuevistis, mihi quoque in præsentia, meis non ingratis accipiendis et legendis literis, præbeat. Spero enim, si quis modò mentibus hæc quæ scribo attendere volueritis, vos, si non consilium

<sup>16</sup> Ibidem : nobis.

<sup>17</sup> Ibidem : quo in vos animo.

<sup>18</sup> Ibidem : oppugnanda.

<sup>19</sup> Ibidem : honores quærunt.

<sup>20</sup> Ibidem : matris nostræ.

<sup>21</sup> Ibidem : institutarum.

<sup>22</sup> Ibidem : eventu rerum.

meum, et <sup>23</sup> animuin certè rectum et simplicem, et veſtræ in primis ſalutis cupientem, non minimum probaturos : neque me quæ mea ſunt, ſed quæ veſtra commoda atque bona, quærere intellecturos <sup>24</sup>.....

<sup>23</sup> Ibidem : *at.*

<sup>24</sup> D'après cet exorde, la démarche de Sadolet aurait été toute ſpontané. Un hiftorien catholique préſente les choſes différemment : « Le pape *Paul III* (dit-il) ayant ordonné une conférence à *Lion*, les cardinaux de *Tournon*, *Sadolet* et [*Pierre de*] *la Beaume* ſ'y trouvèrent avec les archevêques de *Lion*, de *Vienne*, de *Besançon*, de *Turin*, les évêques de *Langres* et de *Lausanne*, pour conſulter ſur les moïens les plus propres à rétablir l'ancienne religion dans *Genève*. Ils ſ'asſemblèrent pluſieurs fois pour cela, mais il ne ſ'y prit pas d'autre réſolution que celle d'écrire une lettre aux *Sindics* de *Genève*, en datte du 27 mars 1540. Elle fut dreſſée par le cardinal *Sadolet*; on la lut au *Conſeil* de *Genève*, qui fit appeller *Viret*, à qui il ordonna d'y répondre, ce qu'il fit par une grande lettre aſſez piquante; on l'envoïa encore à *Calvin* à *Strasbourg*, qui y répondit aſſi, dès qu'il fut de retour à *Genève* » (*Besson. Mémoires pour l'Hiſt. ecclés. des diocèſes de Genève, Tarantaïſe, etc. Nancy, 1759, p. 65*).

Malgré les erreurs de date et de fait qui devaient rendre ſuſpect ce témoignage, une foule d'auteurs l'ont admis, et ils ſe contentent de transporter en 1539 la prétendue conférence de 1540. Nous ne croyons ni à l'une ni à l'autre, et voici pourquoi : *Besson* ne cite aucune autorité. Avant lui, la conférence de *Lyon* n'eſt nulle part mentionnée dans les annales eccléſiaſtiques. Les biographes de François de *Tournon*, d'*Antoine de Vergy*, archevêque de *Besançon*, de *Sadolet*, etc., n'en parlent pas davantage. *Calvin*, qui aurait pu en tirer un ſi grand parti dans ſa *Répoſe à Sadolet* (1<sup>er</sup> ſeptembre 1539), ignore également l'assemblée de *Lyon*. Enfin la corréſpondance de *Sadolet* en 1538, 1539, 1540 et celle de *Reginald Pole* pendant les ſix mois qu'il vécut à *Carpentras* (mars — ſeptembre 1539) ne contiennent pas la moindre alluſion à la ſuſdite conférence. *Sadolet* a très-bien pu concevoir ſpontanément l'idée dont on fait honneur à une réunion de prélats. Il était plein de ſon ſujet, car il avait compoſé, avant le printemps de l'année 1538, une *Oratio adverſus probroſas et quotidianas Luteranorum vituperationes*, et il l'avait communiqué à *Georges*, duc de *Saxe*, et à ſes théologiens. « *Id ſcribere opto* (diſait-il) *quod nec Luterani iniquo omnino animo ferant, et Catholici accipiant requiſſimo* » (*Lettres* du 21 ſeptembre, du 27 octobre et du 30 novembre 1538. *Sadoleti Epp. éd. cit. p. 493, 496, 497, 499, 664, 665*). C'eſt bien ſur ce ton-là qu'il écrivit ſon *Epiftola ad Genevates*.

## 774

JEAN CALVIN à Guillaume Farel, à Neuchâtel.  
(De Strasbourg, vers la fin de mars 1539 <sup>1</sup>).

Calvini Epistolæ et Responsa, 1575, p. 11. Calvini Opp. éd. cit.  
t. X, Pars II, p. 330.

Quoniam verebar ne tibi molesta esset longior mearum literarum expectatio, malui nuper abscissas præmittere, quàm te differre in *Michaëlis* adventum <sup>2</sup>. Nunc igitur reliqua contexam. Priùs verò quàm veniam ad colloquium *Philippi*, breviter tibi exponam quò progressus sit ex eo tempore rerum status. Tam iniquas conditiones ausus est tandem ferre *Cæsaris legatus*, ut parùm abfuerit quin res iterum ad gladios rediret. *Volebat ut se a Sacramentariis nostri subducerent* <sup>3</sup>; vides Satanae artes. Hoc scilicet captat, ut non modò vetera, quæ olim seminavit, odia alantur, sed novæ quoque offensæ, velut accensæ faces, ad majora dissidia excitanda accedant. *Atqui nostri nec Sacramentarios ullos recognoscunt, et conjunctionem sibi esse volunt cum Helveticis Ecclesiis*. Ideoque illud omissum est a *Cæsare*, factumque ut ad paciscendas inducias animi inclinarent : quæ utinam Ecclesiæ Christi utiles sint ! Mihi certè nihil boni promittunt. Hoc quoque videt *Electeur Saxonie*, qui cum hactenus cunctator sit habitus, necessitatem belli impositam nobis putavit. *Lantgravius*, præter omnium spem, bellum dissuasit <sup>4</sup>. Ac

<sup>1</sup> Voyez la note 2.

<sup>2</sup> Calvin avait brusquement interrompu sa précédente lettre à Farel, en disant qu'il lui écrirait le reste par *Michel* [*Mulot*], qui devait partir pour la Suisse vers le 25 mars (N° 772, renv. de n. 68).

<sup>3</sup> Voyez, dans Seckendorf, op. cit. III, 201, 202, le résumé des discours prononcés à la diète de Francfort par les orateurs impériaux et par ceux du roi Ferdinand.

<sup>4</sup> Voyez C. von Rommel. Philipp der Grossmüthige, t. I, p. 420-420,

quanquam non detrectabat sequi, si aliter sociis videretur, emolivit tamen eorum animos qui in ejus alacritate plurimum reponerant. Nunc ergo res ad inducias vergit<sup>5</sup>, inter quas de concordia utrinque dispicietur.

Verùm adversarii nihil aliud quàm de belli opportunitate cogitabant. *Saxo* ab hoc conventu *Clivensem*<sup>6</sup> conveniet, cujus *sororem*<sup>7</sup> habet in matrimonio. Si ad suscipiendam religionem *illum* adducere poterit, magnum erit regni Christi incrementum. Siquidem hodie non habet *inferior Germania* potentiorum principum, et qui latius dominetur<sup>8</sup> : nec *superior* etiam, excepto uno *Ferdinando*, qui amplitudine ditionis tantùm superat. *De legatione ad Regem pro salute fratrum ac causa religionis commendanda, nihil dum erat decretum, cum Bucerus postremò scripsit*<sup>9</sup>. De legationibus enim ultimo loco agatur, quia ex rerum suarum conditione meliùs tunc deliberabunt, qua quidque ratione petere debeant. Ergo in id tempus nos sustineamus.

*Cum Philippo fuit mihi multis de rebus colloquium*<sup>10</sup> : *de causa*

et le t. III, p. 78-85, où se trouve reproduite en entier la lettre du landgrave de Hesse à Bucer datée de Zapfenburg, Mittwoch nach Joannis Baptistæ (25 juin) 1539. — La lettre du même prince à l'électeur de Saxe du 25 septembre 1538, dont Seckendorf, III, 181, 182, a publié un extrait. — G.-J. Plank. *Gesch. der Bildung, der Schicksale und der Befestigung der protestantischen Kirche*. Leipzig, 1798, Bd. III, Th. II, p. 21-22.

<sup>5</sup> Le projet de trêve (formula conventionis de induciis) fut présenté le 3 avril par les orateurs impériaux.

<sup>6</sup> *Guillaume*, duc de Clèves, qui avait succédé le 6 février 1539 à son père Jean III (N<sup>os</sup> 751, n. 26 ; 772, n. 48).

<sup>7</sup> *Sibille de Clèves*, que l'électeur de Saxe avait épousée le 8 octobre 1526 (Sleidan, éd. cit. I, 342).

<sup>8</sup> Les États de *Guillaume de Clèves* s'étendaient de la Werre [Lippe-Detmold] jusqu'à la Meuse, et, sur les deux rives du Rhin, de Cologne jusque près d'Utrecht (Voyez Léopold Ranke, op. cit. IV, 180).

<sup>9</sup> Il ne paraît pas qu'avant la fin de la diète les princes protestants aient décidé de faire quelque démarche en faveur des Évangéliques de France. Du moins, la lettre qu'ils adressèrent à François I, le 19 avril 1539, ne touche pas directement cette question (Voyez Melanthonis Opp. éd. cit. III, 695-97). Mais elle affirme comme il suit la légitimité de la Réforme : « Deus... testis est, nos nulla prava cupiditate sed quodam pio officio adductos causam ecclesiasticam tueri. Nam tanta lux, tanta perspicuitas doctrine est quam sequimur, ut non dubitemus piam et ecclesie Christi necessariam esse. »

<sup>10</sup> Dans ses lettres écrites de Francfort, *Philippe Melancthon* fait un

*concordiæ ad eum prius scripseram*<sup>11</sup>, *ut bonis viris de ipsorum sententia certò possemus testari. Miseram ergo paucos articulos, quibus summam rei breviter perstrinxeram*<sup>12</sup>. *Iis sine controversia ipse quidem assentitur*; sed fatetur esse in illa parte nonnullos qui crassius aliquid requirant : atque id tanta pervicacia, ne dicam tyrannide, ut diu in periculo fuerit, quòd eum videbant à suo sensu nonnihil alienum. *Quanquam autem non putat constare solidum consensionem, optat tamen ut hæc concordia, qualiscunque est, foreatur, donec in unitatem sue veritatis nos Dominus utrinque adduxerit. De ipso nihil dubita, quin penitus nobiscum sentiat.* De aliis rebus quales habuerimus sermones, longum esset enarrare : sed hæc erit aliquando materia jucundæ inter nos colloquutionis.

Ad *disciplinam* dum venit, ipse aliorum more ingemiscit. Magis enim deplorare miseram hac in re Ecclesiæ conditionem licet, quàm corrigere<sup>13</sup>. *Ne vos istic solos laborare putes.* Eduntur quotidie passim exempla, quæ omnes ad optandum remedium excitare meritò debeant. Ejectus est non ita pridem *Ulma* vir probus ac doctus cum extrema ignominia, quòd non sustineret magis vitii indulgere<sup>14</sup>. Dimissus est à collegis suis omnibus cum honorifica commendatione, præsertim à *Frechtho*<sup>15</sup>. Quæ *Augusta* nuntiantur, nihilo magis læta sunt. Ita posthac res lusoria erit pastores ministerio deturbare ac in exilium ejicere. Nec malum istud emendari potest, quia nec plebs, nec Princeps jugum Christi a Papæ tyrannide

grand éloge de Jean Sturm, mais il ne mentionne pas même le nom de Calvin (Voyez Mel. Opp. III, 639, 640, 644, 645).

<sup>11</sup> Au commencement d'octobre 1538 (N° 751, renv. de n. 24).

<sup>12</sup> Ces *Articles* étaient au nombre de douze (N° 751, renv. de n. 25). Calvin les avait envoyés à *Mélanchthon* avec la lettre dont il parle plus haut (renv. de n. 11).

<sup>13</sup> A comparer avec le N° 728, note 1.

<sup>14, 15</sup> L'Histoire ecclésiastique de la ville d'Ulm ne mentionne point le vertueux et savant personnage qui en aurait été expulsé, au commencement de l'année 1539. D'après ce que *Martin Frecht* écrivait de cette ville à Bullinger le 24 juillet 1538, ce n'était pas l'un de ses collègues qui devait s'attendre à l'exil, mais plutôt l'un des adversaires du clergé : « Sunt hic apud nos concordie osores, ille impurus *Sebastianus Frank*, qui hactenus ut civis hic vixit, et *D. Caspar Schwenkfeld*... Hic jam abest, et ille, ut est certa spes, ad Michaëlis proximum hinc solvet, nimirum a Senatu urbe nostra proscribendus » (Voy. Faeslinus, op. cit. p. 175. — Ottius. Annales anabaptistici, 1672, p. 95, 97.—C. Th. Keim. Die Reformation der Reichsstadt Ulm. Stuttgart, 1851, p. 268-303).

nide discernunt<sup>16</sup>. Censet ergo *Philippus* nihil melius esse, quàm ut in tanta tempestate ventis adversis aliquantùm obsecudemus: spemque facit, ubi plus quietis ab externis hostibus erit, opportunità fore ut interioribus remediis oculos intendamus. *Capito* nunc Deum et homines obtestatur, perditam esse Ecclesiam, nisi maturè succurratur rebus tam afflictis; nunc quia profectum nullum videt, mortem precatur. Verùm *si vocatio nostra ex Domino est, ut esse non dubitamus, Dominus benedicet, utcunque omnia adversentur. Tentemus ergo remedia omnia: quæ si desunt, pergamus tamen ad ultimum usque spiritum.* Cum te video sic afflictari, interdum adesse cupio, ut nonnihil solatii afferam. Rursum dum succurrit nihil me tibi afferre posse, nisi materiam invidiæ majoris, libenter absum, ne plus satis gravatum premam.

*Fratres Waldenses*<sup>17</sup> coronatum unum mihi debebant, cujus partem à me mutuò acceperant, partem dederam nuntio qui cum *fratre*<sup>18</sup> venerat, *Sonerii* mandato. *Hunc ut tibi darent, jusseram. Si dederint, retinebis, quò tantundem ære tuo exonerer*<sup>19</sup>. *Quod reliquum erit, solvam cum potero. Ea enim mea est nunc conditio, ut assem à me numerare nequeam*<sup>20</sup>. Mirum quantum pecuniæ mihi effluat in extraordinariis sumptibus, et de meo præterea vivendum est, nisi velim fratribus oneri esse<sup>21</sup>. Valetudinem quam mihi, pro tuo in me amore, sollicitè commendas, non ita facilè curare licet. Sed nimis sum prolixus. Injuriam enim *talibus nuntiis*<sup>22</sup> facio. Bene vale, optatissime frater. Dominus te ad hanc molestiarum

<sup>16</sup> A comparer avec le N° 728, premier et troisième paragraphes, et avec la page 68, lignes 1-8.

<sup>17</sup> C'est sans doute par inadvertance que le traducteur anglais des Lettres de Calvin, n° 33, appelle ces *Waldenses* « les frères du Pays de Vaud. » Calvin parle souvent des frères de la classe de Morges, de Lausanne, de Vevey, etc. Il n'appelle jamais *Waldenses* l'ensemble des pasteurs ou des habitants du Pays de Vaud. Ce nom était réservé aux *Vaudois* du Piémont, du Dauphiné et de la Provence.

<sup>18</sup> *Antoine Calvin* (N° 762, n. 8, 9; 764, renv. de n. 8),

<sup>19</sup> A comparer avec le N° 751, renvois de note 29-32.

<sup>20</sup> Le traitement qu'il devait recevoir pour ses fonctions de pasteur et de professeur n'était pas encore fixé (Voyez la note 19 du N° 767).

<sup>21</sup> A comparer avec le N° 754, renvois de note 11-12.

<sup>22</sup> L'un de ces messagers qu'il se reprochait de faire attendre trop longtemps devait être *Michel Mulot* (Voy. note 2).

molem sustinendam spiritus sui virtute corroboret! Scripta mense Martio 1539<sup>23</sup>.

CALVINUS tuus.

## 775

V.-F. CAPITON<sup>1</sup> aux Pasteurs de Genève.  
De Strasbourg, vers la fin de mars 1539.

Inédite. Autographe<sup>2</sup>. Bibl. des pasteurs de Neuchâtel.

(INCOMPLÈTE)

.....  
malis cohibitis edificandi in Domino sequacem simplicitatem. quod nos usus, rerum omnium magister et arbiter, docuit, quibus in manibus est, quam sint laceræ disjectæque res ecclesiarum que publica disciplina non continentur. Qua tamèn ferè caremus, propter funestam tyrannidem Papatus abrogandam : carnificinà enim humanarum traditionum abrogatà, sibi licere vulgò putant quod libet, nequè teneri se volunt legibus et spiritu Christi. Quis adificationi animorum intentus nescierit<sup>3</sup>, quanta sit necessitas, si doctrina sana et sacramentorum usus legitimus habere suam debet

<sup>23</sup> Cette annotation était probablement écrite de la main de Farel sur le manuscrit original. Bèze l'aura fait passer dans le texte même. Calvin ne datait pas toutes ses lettres; mais quand il en datait une, c'était avec l'indication du mois et du jour.

<sup>1</sup> Cette pièce n'est pas signée, mais lors même qu'on hésiterait à y reconnaître la main de *Capiton* (ce qui n'est guère possible), la note suivante, écrite par Farel au dos du manuscrit, suffirait pour lui donner une authenticité complète : « Ad ministros Genevenses. Capitonis post Concordiam, mense Martio 1539. »

<sup>2</sup> Le manuscrit devait se composer primitivement de quatre feuillets: il n'en reste plus que deux. On y remarque des corrections qui nous autorisent à croire que c'est une minute et non une copie. Plusieurs de ces corrections ont été faites par *Calvin*.

<sup>3</sup> *Capiton* avait écrit *nescivit*.

efficaciam, ut in Ecclesia vigeat *cura pastoralis*, ut pastor homines publicè et privatim admoneat, adhortetur, increpet, cum omni auctoritate et lenitate, ut corrigat in melius, ut imbecilles et labescentes [l. tabescentes] retineat, ut pertinaces peccatores et contagio gregem inficientes absteineat, ceu putida membra, ne pars sincera trahatur.

Qua in re, fratres in Domino observabiles, etiam atque etiam rogamus, ne vobis et Ecclesie Christi defueritis, ne aurigæ habenas detis furiosæ multitudini, neque, qui regula ad et judicia et affectus corrigendos<sup>4</sup> esse debetis, ad obliquitatem populi vertamini. Sal terræ estis; subsuginem, ne segnicie et malis moribus tabescant, præstate. Hæc leges Concordiæ annexæ<sup>5</sup> flagitant, quibus cumulatè satisfaciatis, si in Christum ædificare studebitis, atque eadem opera effeceritis, ne piorum animi à sanctissimis doctoribus et patribus ecclesie istius<sup>6</sup> abalienentur. Quòd si putabitis, ut cuique sua est sententia, aliqua in parte offendisse illos et nimia seceritate rupisse quos lenitate assidua flectere potuissent<sup>7</sup>, vos de ea tantumdem remittite quantum officii ratio patitur, ne, pro moderatione spiritus, levitas et injuria vigeat. Nam sunt qui applausum populi vanum pro scopo proposuerunt, quò collineant. Istis assiduitas et cura ædificandi *sæva truculentia* est, et, cum nominant mollissimè, *severitas inconsulta et immoderatus zelus*: quorum socordiam ne imitemini, fratres optimi, quò minus sementis Verbi incustodita proculcetur à bestiis, à sceleratis et flagitiosis hominibus. Libertatem in Ecclesia, non licentiam alite in exitium ecclesiarum: non in occasionem carni, sed spiritui in salutem, sua morte nos Christus asseruit.

Quòd si in hunc modum Concordiæ<sup>8</sup> assederitis, non potest eorum existimatio non recuperari, in quorum vos labores introiistis. Et

<sup>4</sup> Calvin a modifié les mots *judicium* et *corrigenda*, qui sont devenus *judicia* et *corrigendos*.

<sup>5</sup> Le texte primitif portait: *Leges conjunctæ concordie*. Calvin a biffé *conjunctæ* et lui a substitué *annexæ*. Plus bas, il a remplacé *studetis* par *studebitis*.

La mention des *leges Concordiæ annexæ* prouve que les *Articles de la réconciliation opérée à Morges le 12 mars* (N° 771) étaient déjà connus à Strasbourg.

<sup>6</sup> C'était désigner clairement *Farel* et *Calvin*.

<sup>7</sup> Cette concession était nécessaire, puisque les délégués du synode, à Zurich, avaient eu pour mission d'induire *Calvin* et *Farel* à « modérer sur quelques points leur sévérité déplacée » (N° 713, n. 2).

<sup>8</sup> Voyez la fin de la note 5.



eadem opera solida vobis parabitur autoritas, et ecclesiis spes de *Galliarum*<sup>9</sup> salute confirmabitur : quæ longè lateque Domino, pro successu tanto gratias agent, Christumque simul orabunt, ut vobis spiritum fortitudinis idem adaugeat, quò possitis alii aliorum onera portare, ferreque fratrum imperfectiones et errores eorum hac cautione emendare, ne qui superior est in reparando reprehensione inferiorem ipse tentetur ac dignum reprehensione designet. Nam *imperita morositas* in Ecclesia multas turbas hactenus dedit et usque dabit.

Quin votis omnibus a Christo omnes contendamus ut nos suo spiritu viviùs afflet, quò non sua quisque, ut fit in mundo, quærat, quemadmodum ad rem atque ad nomen parandum ferè vulgò, etiam titulo religionis objecto, vehuntur, sed quæramus pariter quæ sunt proximorum et quæ sunt Jesu Christi. Valet in Domino et hanc voluntatem ut eam *hac epistola* declaravimus, in partem accipite meliorem, et pro nobis Dominum orate in vestris ecclesiis; mutuum in ea re facietis, qui in nostris cœtibus pro vobis et omnibus orare solemus. Iterum valet in Christo Domino, fratres dilecti<sup>10</sup>. Argen.[torati<sup>11</sup>].

<sup>9</sup> Admettre qu'il s'agit ici de *la France*, ce serait, nous semble-t-il, s'exagérer les progrès de la Réforme dans ce royaume et la renommée que *Farel* et *Calvin* avaient acquise jusqu'alors. *Calvin*, en particulier, n'était pas encore ce qu'on entend par un homme *célèbre*. Lesscholarques de Strasbourg l'appelaient en avril 1539 « un savant pieux compagnon » (Voy. p. 231). Son *Institution chrétienne* n'avait pas non plus une grande notoriété : cet ouvrage ne fut interdit, par la Faculté de Théologie à *Paris*, que le 2 mars 1542 (1543 nouv. style. Voyez d'Argentré. *Collectio judiciorum de novis erroribus*, II, 134, 135). Nous croyons, en conséquence, que le mot *Galliarum* désigne simplement ici les contrées de la Suisse où l'on parlait le français. C'est ainsi qu'à propos de la ville de *Morges*, située au centre du Pays de Vaud, *Calvin* disait en 1537, qu'elle était « non modò novæ provinciæ [Bernensis], sed omnium pœnè *gallicarum ecclesiarum* umbilicus » (t. IV, p. 186, 187). Voyez aussi t. III, p. 233, n. 5.

<sup>10</sup> *Calvin* a biffé *observandi* et l'a remplacé par *dilecti*.

<sup>11</sup> Cette minute porte l'adresse « *Farello*, » qui est de la main de *Calvin*; mais elle fut d'abord communiquée à *Simon Grynaeus* (Voyez le commencement du N° 776). Quant à la lettre-missive dirigée sur Genève, elle n'existe plus.

## 776

SIMON GRYNÆUS à Guillaume Farel (à Neuchâtel).  
(De Bâle, 30 mars 1539<sup>1</sup>.)

Inédite. Autographe. Bibl. des pasteurs de Neuchâtel.

S. Sententia *Capitonis*, quam de concordia *fratribus Gebennatibus* proponit<sup>2</sup>, placet mihi. Verùm enimvero valde te oro, qui quæ istic fiunt scire potes meliùs et judicare rectiùs, quid hic sit agendum agere secundùm Christi gloriam velis diligenter omnia. Optabile valde est illos, qualescunque fuerint hactenus, rescipiscere [l. respiscere] nunc aliquantùm. Itaque oro te per Dominum ut, adhibitis iis artibus charitatis quas solas scis esse aliquid<sup>3</sup> et solas comperisti valere, agere cum illis velis sic qualiter maximè expedit Evangelio.

Pro eo quòd me longa epistola castigas, qui *illum*<sup>4</sup> commendarem tibi, tantùm abest ut deprecer, ut etiam gratias pro ea re habeam tibi. Tamen, mi Farelle frater, meas commendationes scis eò spectare, ut si quid usquam frugi nobis occurrat, id velimus amplecti in Domino. Cur autem cujusquam commendatio contra legem moremque apostolicum valeat, juxta quem nemo adhibetur ad munus hoc sanctissimum, nisi comperta apud nos fide? *Is* autem cum prædicaret mihi etiam amicitiam tuam, et eo se nomine insinueret se mihi, qui potui sperare non optimè notum tibi esse? Utcunque habet res, ero posthac cautus magis. Certè *hic vir* mirè

<sup>1,2</sup> Voyez le N° 775.

<sup>3</sup> Nous ne sommes pas sûr d'avoir bien lu ce mot. L'écriture de S. Grynæus est en effet l'une des plus difficiles à déchiffrer. Bullinger, se plaignant de son silence, disait : « Non curarem aded *cacographiam*, modò aliquid scriberet » (Lettre à Myconius du 1<sup>er</sup> septembre 1537).

<sup>4</sup> Il s'agit ici de ce *Michaëlius* qui avait été recommandé à Farel par Grynæus et Carlstadt (N° 768, renvoi de n. 29-33).

obrepsit mihi. De *Corderio* valde oro, ut qualiter *Calvinus* scribit consulere velis, ea re vir optimus optimè præficiatur<sup>5</sup>. Vale in Domino, qui te sibi servet et sanctificet! Amen. Saluta fratres omnes. Palmarum die<sup>6</sup>.

SIMON GRYNÆUS tuus.

(*Inscriptio* :) Gulielmo Farello, fratri charissimo suo.

## 777

SIMON GRYNÆUS à Jean Calvin, à Strasbourg.  
(De Bâle, vers la fin de mars 1539<sup>1</sup>.)

Autographe. Bibl. Publ. de Genève. Vol. n° 112. *Calvini Opera*.  
Brunsvigæ, t. X, P. II, p. 135.

S. *Que Farelus de reconciliatione fratrum Generatum Bernatumque scribit*<sup>2</sup> valde me refecerunt. Spero posse aliquid deinde fieri. De ea re qua de me increpasti cum *Farello*, dum *incertum hominem* illi commendans obrusi<sup>3</sup>, fero non duriter. Pessimum certè nebulonem hunc esse oportet et levissimum. Ego autem etiam *Farelli* gravitatem laudo, cum nil meam aut cujusquam opinionem incertam veritus, pro Ecclesia facit quæ judicat esse rectissima. Equidem cum commendo aliquem, non id certè ago ut mox ad officium admittatur; sed si quid in eo frugi sit, postquam aliquod

<sup>5</sup> *Mathurin Cordier*, principal du collège de Neuchâtel (Voyez le post-scriptum du N° 765, et le N° 768, renv. de n. 34, 35).

<sup>6</sup> Pâques fut le 6 avril en 1539. La fête des Rameaux tombait par conséquent sur le 30 mars.

<sup>1</sup> La date est déterminée par les rapports qui existent entre cette lettre et la précédente. Il se pourrait bien qu'elles eussent été écrites le même jour. Les nouveaux éditeurs de Calvin l'ont placée à la fin de l'année 1537.

<sup>2</sup> Grynæus fait peut-être allusion à une longue épître que Farel venait de lui adresser (Voyez N° 776, renv. de n. 4). Cependant comme il ne dit pas *ad me scribit*, rien n'empêche de supposer qu'il s'agit ici d'une lettre envoyée à Calvin sous le couvert de Grynæus, et dont celui-ci aurait pris connaissance avant de l'expédier à Strasbourg.

<sup>3</sup> Voyez le N° 772, renv. de n. 13 et le N° 776, note 4.

specimen dedit, pro virili servetur à nobis. Velle[m] enim omnem hominem ad Evangelium adduci. Sic igitur valere et apud vos et apud omnes alios meam commendationem volo, et sicubi de ignotis scribo, certè non facilè quenquam recipi ad officium pastoris jubeo. De literis quas ad *illum* scripsisti, sic ut vis curabo.

*Frater italicus* quem *Ferrariam* mittunt isti apud me fuit : cui literas ad *Synapium*<sup>4</sup> dedi : in his cum amico veteri graviter exoptulo. Sic enim meretur<sup>5</sup>. Ut duces in amore et charitate fratrum et gloria Principis nostri Jesu Christi amplianda, te rogo per illius magnum nomen. Vale.

Valde oro te ut quàm humanissimè mihi omnes salutes.

GRYNEUS tuus.

(*Inscriptio* :) Joh. Calvino suo, fratri charissimo. Argentinae.

## 778

GUILLAUME FAREL à Christophe Fabri, à Thonon.

De Neuchâtel, 11 avril 1539.

Autographe. Bibliothèque des pasteurs de Neuchâtel. Calvini Opp. éd. cit. t. X, Pars II, p. 332.

S. Duobus verbis in calce literarum *fratris*<sup>1</sup> indicas te scripsisse ad me per *Viretum*<sup>2</sup>; sed neque ex te neque ex *Vireto* aliquid recepi<sup>3</sup>. *Unus Zebedeus* *lætiora quaedam subindicavit de concordie successu*<sup>4</sup>. Ut pergant fratres, juxta promissum, rectiùs ac puriùs, adsit ipsis Dominus! Sanè quantum in me est, ut ipsorum felix sit

<sup>1</sup> *Jean Sinapius*, professeur et médecin à *Ferrare* (N<sup>o</sup> 767, n. 6).

<sup>2</sup> Dans l'original : *mere tu et duces*, etc.

<sup>3</sup> *Gauchier Farel* ou son frère *Claude*.

<sup>4</sup> *Pierre Viret* avait prêché à Genève deux ou trois fois un peu avant la fête de Pâques (6 avril). Il en était peut-être revenu en passant par *Thonon*.

<sup>5</sup> Farel indique plus bas (renv. de n. 7) le motif probable du silence de *Viret*.

<sup>4</sup> Voyez le post-scriptum du N<sup>o</sup> 779.

cursum, nihil velim omittere; tantum indicetur si qua possim opem ferre. Hactenus non potui aliter sentire, quam *Turnonensem* pro viribus laborasse in omnibus evertendis<sup>5</sup>; nunc audio *Sadoletum* aliis artibus conari cursum impedire Verbi<sup>6</sup>; hic serio occurrendum. Qui viciniore estis, cum fratribus agite ac ut occurratur sagite.

*Mihi dolet non parum quod per Viretum omnium non factus sum certior: forte aliquid est quod nolit me rescire, nimirum parum esse gratum me iis quibus opto Christum esse quam gratissimum*<sup>7</sup>. At hoc nuncio nihil letius, quod ad me attinet, contingere potest. Nec ideo quicquam remittere volo de christiana in ipsos charitate, modo absens prodesse possim; nam praesens ipsis adesse non possum. Nisi quis conficere me quis (*sic*) velit, puto sic a Domino affectos in mei levamentum.

*Calvinus in suis literis*<sup>8</sup> testatur *Olivetanum fide nunquam fuisse astrictum Joannae*<sup>9</sup>, diligentiusque interrogatum ab eo, perne-

<sup>5</sup> Le cardinal *François de Tournon* était archevêque de Lyon. Depuis quand et de quelle manière avait-il essayé de détruire l'œuvre des Réformateurs à Genève? On l'ignore. Farel se contente de signaler ses intrigues. Il ne sait rien de cette assemblée de prélats qui aurait délibéré, avec François de Tournon, sur les moyens de ramener les Genevois au catholicisme (Voyez le N° 773, n. 24). Mais, dans sa lettre du 21 octobre, il émettra des conjectures relativement aux rapports du cardinal de Tournon avec André Philippe et à ceux de Sadolet avec Pierre Caroli, Antoine Marcourt et Jacques Bernard.

<sup>6</sup> Allusion à l'épître de Sadolet, remise le 26 mars aux conseillers de Genève.

<sup>7</sup> Après l'élection des nouveaux syndics, les partisans des ministres exilés avaient exprimé le désir qu'on rappelât *Calvin à Genève*; il n'avait pas été question du retour de *Farel*. Aussi Calvin lui écrivait-il le 16 mars: « Quid sibi, obsecro, volunt boni viri quibus hoc venit in mentem, ut ego sine te redeam, qui tecum sum ejectus? »

<sup>8</sup> L'épître de Calvin à laquelle Farel fait allusion doit être la même que celle dont il cite plus loin un passage (Voyez note 12), c'est-à-dire celle de la fin de mars (N° 774). La suite du discours annonce, de plus, qu'après lui avoir révélé sa pauvreté, Calvin lui indiquait, dans cette même lettre, l'emploi qu'il voulait faire de sa quote-part de l'héritage d'Olivétan.

Si notre interprétation est fondée, il faut en conclure que tous les détails relatifs à *Joanna* et à l'héritage d'Olivétan ont été supprimés dans le texte que Théodore de Bèze a donné de la susdite lettre.

<sup>9</sup> Dans l'original, *Ioanne*. Nous avons quelques raisons de croire que *Joanna* était la sœur de *François Martoret du Rivier*, pasteur à Moudon

gasse : præcipuè ubi alter, nimirum *Arenarius*<sup>10</sup>, eam ambiret. Attamen jubet ut ipse agam quod videbitur hîc agendum cûm *Joanna*, aut tibi committam, seque ac *fratrem*<sup>11</sup> probaturum quicquid egeris. Ego sanè nisi, dum deliberarem scribere ad *Calvinum*, suas relegissem, non meminissem injunctum mihi vel tibi fuisse : sic effluunt mihi omnia. Ideo, ut scriptum mihi est, tibi injungo ut agas quod noveris agendum mentemquè *Calvini* tibi aperio, hoc ita velle. Igitur transiges cum *Joanna* et cum aliis quibuscum erit transigendum, ut noris expedire. *Calvino* ex suo est vivendum, nisi, ut scribit, fratres gravare velit<sup>12</sup>; ideo ipsi adesse oportet.

*De Frumento audimus parum grata* : contuleramus cum eo ut apud *Blusienses* ageret<sup>13</sup>, si posset id commodè, a *Bernatibus* obtenta missione<sup>14</sup>, idque nobis significaret; at non tanti nos fecit, satis contemptim habens, omnes unde offenduntur. Puto ipsum veluti in negotiationibus<sup>15</sup>, ita<sup>16</sup> in ministerio versari. Dominus ipsum dirigat ! Sanè opus habet insigni admonitione, quam optarem

depuis 1536 (Voyez la n. 10, le t. IV, p. 92, 93, et la lettre de Fabri à Farel du 8 mai).

<sup>10</sup> Le nom d'*Arenarius*, qui figure ici pour la première fois, n'est pas un nom de famille dont la désinence seule aurait été latinisée; c'est un nom traduit du français. *Arena* ayant parfois le sens de *gravier*, nous avons cru reconnaître dans *Arenarius* le personnage que Fabri appelait *Graverius* ou *Graverius*, et auquel il destinait une place de pasteur dans le Chablais. C'était au mois de février 1538. A la même époque, *Gravier* fit un voyage à *Moudon*, pour demander la main de *Joanna* (Voyez t. IV, p. 374, 375, 378). Il nous semble plus naturel de l'identifier avec *Bertrand Gravier*, pasteur de Lullin (N° 770, n. 3), qu'avec son homonyme *Pierre* (N° 666, n. 14), qui fut plus tard pasteur de Choulex.

<sup>11</sup> Olivétan avait légué la moitié de son petit avoir à ses cousins *Jean* et *Antoine Calvin* (Voyez les lettres de Fabri du 8 mai et du 5 septembre 1539).

<sup>12</sup> On lit, en effet, dans la lettre de Calvin écrite vers la fin de mars : « De meo... vivendum est, nisi velim fratribus oneri esse » (N° 774, renv. de n. 21).

<sup>13</sup> C'est-à-dire, à *St.-Blaise*, village situé au N.-E. de Neuchâtel.

